quo & hic vtitur, in eo, quod est vter venit. Nam si simul contingeret, ridicula esset interrogatio. Quod si etiã ita similiter etiam in oppositionem cadit, ad vnum, aut multa: vtputa, vtrum ambo venerunt, an alter. Si sanè ipsius vtrum, quæstio semper in oppositis fit: dicitur autem vtrum maius an minus, an æquale: quænam æqualis ad hæc oppositio est? nec alteri soli cõtrariorum, nec ambobus est: cur enim magis maiori: quàm minori? Præterea, inæquali æquale contrarium. Quare in plurib̃us, quàm vno erit. Quod si inæquale idem ambobus simul significat, erit quidẽ ambobus oppositum: & dubitatio iuuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem esse. Verum accidit, vnum duobus contrarium esse, quod impossibile est. Item æquale qui dem, medium magni & parui videtur: cõtrarietas vero, neque media videtur, neque ex definitione possibile est. Non enim esset perfecta, si alicuius media esset. Sed magis, semper aliquid fui ipsius medium habet. Restat itaque, aut vt negationem opponi, aut vt priuationem. Alterius igitur, non contingit (cur enim magis magni, quàm parui?) amborum ergo priuatiua negatio. Ideo ipsum vtrum ad ambo, non ad alterũ solũ dicitur: vtputa, vtrum maius an æquale, vel vtrũ æquale an minus, sed tria, semper. Non autem priuatio, necessariõ. etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale est, sed in quibus apta natura sunt illa esse. Est igitur æquale, quod cùm nec magnũ: nec paruũ sit, natura tamen aptum est magnum, aut paruum esse: & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur: ideo & medium est, & quod nec bonum, nec malum est, ambobus opponitur, verùm innominatũ est. Multipliciter nãque vtrunq. dicitur, & susceptiuum non est vnũ, sed magis, quod nec album, neque nigrum, neq. tamen hoc dicitur vnum. Sed determinati quodam modo colores sunt, de quibus priuatiuè hæc negatio dicitur. Necesse est enim, aut fuscum, aut pallidum, aut huiuscemodi aliquid aliud determinatum esse. Quare non rectè reprehendunt, qui similiter putant omnia dici: vt calcei, & manus medium sit, quod neq. calceus, neque manus est: quandoquidem & quod nec bonũ, nec malum est boni & mali, ac si omnium esset aliquod medium. Verùm non est necesse, vt hoc accidat. Etenim hæc negatio simul oppositorum est, & quorũ aliquod medium, ac aliqua distantia, natura apta est esse: illorum autẽ non est differentia.

A ὧν καὶ ἐνταῦθα χρῆται, ἐν τῷ πότερος ἐλθεῖν· εἰ γὰρ ἅμα ἐνεδέχετο, γελοῖον τὸ ἐρώτημα. εἰ δὲ καὶ οὕτως, ὁμοίως ἐπιπίπτει εἰς ἀντίθεσιν, εἰς τὸ ἓν ἢ πολλά· ὅῃ πότερον ἀμφότερα ἦλθον, ἢ ἄτερος. εἰ δὴ ἐν τοῖς ἀντικειμένοις ἀεὶ τῷ πότερον ἢ ζήτησις (λέγεται δὲ πότερον μεῖζον ἢ ἔλαττον, ἢ ἴσον) τίς ἐστιν ἡ ἀντίθεσις πρὸς ταῦτα τὸ ἴσον; οὔτε γὰρ θατέρῳ μόνῳ ἐναντίον, οὔτε ἀμφοῖν. τί γὰρ μᾶλλον, ἢ τῷ μείζονι, ἢ τῷ ἐλάττονι; ἔτι τῷ αἴσῳ ἐναντίον τὸ ἴσον. ὥστ' ἐν πλείοσιν ἔσται, ἢ ἑνί. εἰ δὲ τὸ αἴσιον σημαίνει τὸ αὐτὸ ἅμα ἀμφοῖν, εἴη ἂν ἀντικείμενον ἀμφοῖν· καὶ ἡ ἀπορία βουθεῖ τοῖς φάσκουσι τὸ αἴσιον δυάδα εἶναι. ἀλλὰ συμβαίνει ἓν δυοῖν ἐναντίον· ὅπερ ἀδύνατον. ἔτι τὸ μὴ ἴσον μεταξὺ φαίνεται μεγάλου καὶ μικροῦ· ἐναντίωσις δὲ οὐδεμία μεταξὺ οὔτε φαίνεται, οὔτε ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ δυνατόν. οὐ γὰρ ἂν εἴη τελεία μεταξύ τινος οὖσα, ἀλλὰ μᾶλλον ἔχει ἀεὶ ἑαυτῆς τι μεταξύ. λείπεται δή, ἢ ὡς ἀπόφασιν αὐτικεῖσθαι, ἢ ὡς στέρησιν. θατέρου ἄρ' δὴ ἂν ἐνδέχεται. τί γὰρ μᾶλλον τοῦ μεγάλου ἢ μικροῦ; ἀμφοῖν ἄρα ἀπόφασις στερητική. διὸ καὶ πρὸς ἀμφότερα τὸ πότερον λέγεται· πρὸς δὲ θάτερον οὐ· οἷον πότερον μεῖζον, ἢ ἴσον· ἢ πότερον ἴσον, ἢ ἔλαττον· ἀλλ' ἀεὶ τρία. οὐ στέρησις δὲ ἐξ ἀνάγκης. οὐ γὰρ πᾶν ἴσον, ᾧ μὴ μεῖζον ἢ ἔλαττον· ἀλλ' ἐν οἷς πέφυκεν ὑπεῖναι. ἔστι δὴ τὸ ἴσον, τὸ μήτε μέγα, μήτε μικρὸν, πεφυκὸς δὲ μέγα ἢ μικρὸν εἶναι· καὶ ἀντίκειται ἀμφοῖν ὡς ἀπόφασις στερητική. διὸ καὶ μεταξύ ὅτι, καὶ τὸ μήτε κακὸν μήτ' ἀγαθὸν, ἀντίκειται ἀμφοῖν, ἀλλ' ἀνώνυμον. πολλαχῶς γὰρ λέγεται ἑκάτερον,

E καὶ οὐκ ἔστιν ἓν τὸ δεκτικόν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μήτε λευκὸν, μήτε μέλαν. εὖ δ' οὐδὲ τοῦτο λέγεται, ἀλλ' ἀφεστῶτα πως τὰ χρώματα, ἐφ' ὧν λέγει στερητικῶς ἡ ἀπόφασις αὐτῶν. ἀνάγκη γὰρ ἢ φαιὸν, ἢ ὠχρὸν εἶναι, ἢ τοιοῦτόν τι ἄλλο ἀφεστῶτα. ὥστε οὐκ ὀρθῶς ὑπτιῶσιν οἱ νομίζοντες ὁμοίως λέγεσθαι πάντα· ὥστε ἔστι θαυμάσματος καὶ χωρὶς μεταξύ, τὸ μήτε ὑπόδημα, μήτε χεῖρας· ἐπεὶ ἄρ καὶ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν, τῶν ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ. ὡς πάντων ἐσταῦρου τινὸς μεταξύ. οὐκ ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν. ἡ μὲν γὰρ ἀντικειμένων συναπόφασις ἔστιν, ὧν ὅτι μεταξύ τι, καὶ διάστημά τι πέφυκεν εἶναι· ἡ δ' οὐκ ἔστι διαφορά.

ὃν ἄλλῳ